

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De electione hominis de paradysō. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

siciebat liberum arbitrium, nisi diuinum p̄ebetur adiutoriū. Ecce his verbis satis ostenditur, q̄ ante peccatum homo indigebat gratia operāte & cooperante. Non enim habebat quo pedem movere posset sine gratiæ operatis & cooperantis auxilio, habuit tamen quo poterat stare.

*Quod homo ante lapsus virtutes habuerit.*

Pr̄eterea quæri solet. Vtrum homo ante lapsus virtutē habuerit. Quibusdam videtur quod non habuerit, id ita probare conantibus. Iustitiā, inquietū, nō habuit, quia p̄ceptum Dei cōfessit: nec Prudentiā, quia sibi nō puidic: nec tēperantiam, quia aliena appetiit: nec fortitudinem, q̄a prauæ suggestioni cessit. Quib⁹ respondentes dicimus, eum quidem non tunc habuisse has virtutes quando peccauit, sed ante, & tunc amisisse. Quod multis sanctorum testimoniis comprobatur. Ait enim August. in quadam homilia, Adam de limo tercæ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatū, temperantia compositum, charitate splendidum, primos parentes illi s donis ac tantis bonis exposuit, pariterque p̄emit. De hoc eodē Ambr. ad Sabinum ait: Quando Adam solus erat, non est p̄uaricatus: quia eius mens Deo adhærebat. Super psalm. quoq̄ dicit. Quod homo ante peccatum beatissimus, auram carpebat ætheream. Sed quomodo sum adhæst. do sine virtute beatissim⁹ erat? Aug. quoq̄ super psal. 118. Gen. dicit; Adam ante peccatum spiritali mēte p̄ditum fuisse. Non est ergo dubitadum hominem ante peccatum virtutibus fuisse, sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

*De ejectione hominis de paradyso.*

In illius quoq̄ peccati pœnam elect⁹ est de paradyso in istum miseriārum locum, sicut in Genes. legitur, Nunc ergo ne forte mittat manū suam, & sumat de ligno vitæ, & cōedat, & viuat in eternū, emisit eum De⁹ de paradyso voluptatis. His verbis insinuari

*Genes 3. 6.*

*Amb epist.  
41. ad prin-  
cipium t. 3.  
Idem sermo-  
ne 4. ad ver-  
sum adhæst.  
Aug. de Ge.  
li. 1. ca. 42.  
in fin. li. 1. 3.*

inſinuari videtur, quod nunquam moreretur, si  
poſtea de illo ligno ſumpliſſet.

Quomodo intelligendum ſit illud Ne sumat de ligno vita, &  
comedat, & viuat in æternum. D

Sed q̄a per peccatum iam mortuum corp⁹ ha-  
bebat, illa verba ex talis intellectu accipi poſſunt:  
Deus modo irati loquens de homine ſuperbo ait,  
Videte ne forte mittat manum ſuam, &c.i.cauete  
vos angeli ne comedat de ligno vita, quo indign⁹  
eſt: de quo, ſi perſtitifſet, comedere, & viueret in  
æternum: ſed modo propter inobedientiam indi-  
gnus eſt comedere. Et ſicut verbo dixit, ita opere  
exhibuit. Emisit n.eum De⁹ de paradyſo volunta-  
tis in locum ſibi congruum: ſicut plerūk malus  
cum inter homines viuere cōperit, ſi in melius mu-  
tari noluerit, de bonorum cōgregatione pellitur,  
pondere praeceſt consuetudinis preſſus.

De flammeo gladio ante paradiſum poſito. E

Ne vero ad illud poſſet accedere, collocauit De⁹ Au ad finē  
ante paradyſum Cherubin, & flammeum gladiū ca. 40. li. 11.  
atq̄ versatilem, ad custodiendam viam ligni vita. de genesi  
Quod iuxta literam pōt hoc modo accipi, quia p ad literam.  
ministeriū angelorū ignea custodia ibi conſtituta  
fuit. Hoc enim per cœleſtes potestates in paradyſo  
viſibili factum eſſe credendum eſt, vt per angelici  
cum ministerium ibi eſſet quędā ignea custodia:  
non tamen fruſtra, ſed quia aliquid ſignificat de  
paradyſo ſpirituali. Cherubin enim interpretatur  
plenitudo ſcientiæ: hec eſt charitas, quia plenitu-  
do legis eſt dilectio. Gladius autem flammeus pae-  
næ temporales ſunt, quę versatiles ſunt, quia a te-  
pora volubilia ſunt. Illa ergo ad custodiā ligni  
vita ideo poſita ſunt ante paradyſum, q̄a ad vitā  
non reditur niſi per Cherubin, ſcilicet, plenitudi-  
nē ſcientiæ, id eſt, charitatē, & per gladiū versati-  
lem: id eſt, tolerantiam paſſionum temporalium.

E e 2 An